vires, uti antea ostendimus; ac
per se patet, de destruendum
a polis A et B productum ef-
fectum tendunt. Quamvis ita-
q; sub initium admodum difficili
mihi visum fuerit emendare
methodum hancce, contigit ta-
men mihi, invenire artifici-
um, quod incommodo huic
medelam feliciter affert.
Antequam tamen hoc do-
ceam, exponere quaedam,
quibus explicandis oppor-
tuna hic datur occasio
consultum duco.

§. 247. p. 233.

Si virgae ex ferro molli
non magnetico, paratae
DE. Fig. LIII. insistant po-
li magnetici, positivus
A atq; negativus B. par-
tes virgae, quibus imminent